DOLI DESCRIPTIO.

DISSERTATIO,

QUA

AD PUBLICAS SCHOLAS *ΔΟΚΙΜΑΣΤΙΚΑΣ*
PRO ADIPISCENDA IN UNIVERS. LITT. LIPS.

VENIA LEGENDI

ILLUSTR. ICTORUM LIPS. ORDINIS AUCTORITATE

DIE VI. M. NOVEMBR. H. L. Q. C.

HABENDAS

OBSERVANTISSIME INVITAT

GUILIELMUS MICHAELIS SCHAFFRATH.

MISENAE,
TYPIS KLINKICHTII ET FIL.
CIↃIↃCCCXXXVII.



CAROLO GODOFREDO GROHMANNO,

QUI EST

AUGUSTISSIMO REGI SAX. AB EPISTOLIS ET COMMENTARIIS

ET

AUGUSTISSIMAE REGINAE SAX. A RATIONIBUS ACCEPTI ET EXPENSI

QUI

PATRE OPTIMO MORTUO ORBUM ME ALTER PATER CURAVIT AC SUSTINUIT MEISQUE REBUS AC RATIONIBUS BENIGNISSIME PROSPEXIT ATQUE CONSULUIT QUALEMCUNQUE HANC SCRIPTIONEM SACRAM ESSE GRATISSIMO ANIMO VOLUIT

AUCTOR.

Doli[1]) descriptio.

I. generatim, universe ac summatim exposita.

A, heautologica.

AA, quantitatis.

§. 1.

𝔄, intensivae (complexus) i. e. declaratio.

Dolus est conscientia[2]) cuiuscunque moralis (s. lat.)[3]) peccati liberae voluntatis facultate[4]) et libera voluntate[5]) peccantis[6]) vel perpetrandi[7]) vel saltem in eo perpetrando iam menti insita. (cf. §. 4 — 8.) In quam definitionem quum omnes, quae vulgo confusae neque dialectices ope compositae incertis, suspensis et obscuris verbis proponuntur, doli declarationes quadrent, non opus est, ut solet[8]), distingui inter latissimam, latiorem, latam ac strictam, strictiorem et strictissimam, propriam et impropriam, primam, secundam tertiamque et alias, quas et enumerare longum et proferre a dialectica plane alienum.

---

1) Dig. (cit. *l.. t..*) IV, 3. Cod. (cit. *c.. t..*) II, 21. de dolo malo. (Inst. cit. §.. t..) —. Glück, Erl. d. Pand. IV. B. Erl. 1796. §. 293—295. p. 108. sqq. — v. Wening-Ingenheim Lb. d. Gem. Civ. R. München 1824. §. 127. p. 139. II. §. 76. p. 99. sq. §. 94. p. 119. — Schweppe, d. Röm. Priv. R. I. Gött. 1828 §. 98. p. 218. V. B. 1833. §. 998. sqq. p. 538. sqq. — Thibaut, Syst. d. Pand. R. Jena, 1834. II. §. 337. p. 10. sq. — Mühlenbruch, Lb. d. Pand. Halle 1835. I. §. 94. p. 183. sq. II. §. 337. p. 248. sq. — Schilling, Lb. f. Instit. u. Gesch. d. Röm. Priv. R. II. B. Leipzig 1837. §. 78. p. 262. sqq. — v. Löhr, Theor. d. Culpa, Giessen 1806 §. 6 p. 14 sqq. Desselben Beitr. z. Th. d. C. Giessen, 1808 II. p. 17. sqq. — Hasse, d. Culpa d. Röm. R. Kiel, 1815. I. §. 1. p. 15. §. 11. p. 65. III, §. 17. sqq. p. 97. — Welcker, in Staatslexikon v. C. v. Rotteck et C. W. 5. v. „*culpa*" IV B. p. 121. sqq.

2) l. 2 §. 5 l. 177 §. 1. d. doli mal. exc. 44, 1. l. 29 pr. mand. 17, 1. (§. 4.)

3) l. 1 §. 2. 3. l. 36. 37. h. t. 4, 3. l. 16 §. 4. d. min. 4, 4. l. 22 §. 3 locat. 19. 2. l. 12 liber. c. 40, 12. l. 43 pr. §. 1 d. contr. emt. 18, 1. l. 19 pr. l. 14 §. 10. l. 55 d. aedil. ed. 21, 1. c. 1. d. resc. vend. 4, 54. l. 6 §. 7. quae in fraud. cred. 42, 8. et l. 2 §. 8 d. vi bon. rapt. 47, 8. l. 14 §. 13 q. met. c. 4, 2. l. 23. §. 9 ad l. Aquill. 9, 2. l. 7. ad l. Corn. d. sicar. 48, 8. l. 173 §. 3 d. R. I. 50, 17. (vid. §. 5.)

4) l. 60 d. R. V. 6, 1. l. 5 §. 2 l. 30 §. 3 l. 31. l. 52 §. 4 ad l. Aquill. 9, 2. l. 61 in f. d. adm. et per. tut. 26, 7. l. 23 d. furt. 47, 2. l. 12 ad l. Corn. d. sic. 48, 8. l. 2 §. 19. d. vi bon. rapt. 47, 8. l. 1 §. 15 depos. 16, 3. l. 3 §. 1 d. iniur. 47, 10. l. 22 pr. ad l. Corn. d. fals. 48, 10. l. 1 §. 6 ne vis fiat ei 43, 4. l. 3 §. 7 d. S.C. Silan. 29, 5. can 24. Dist. 86.

5) l. 167 §. 1. l. 169 pr. d. R. I. 50, 17. l. 7. §. 4 d. iurisd. 2, 1. l. 4 l. 18 §. 3. l. 3. §. 4 d. iniur. 47, 10. l. 45 §. 4. l. 37. pr ad l. Aquill. 9. 2. — c. 13 Caus. 23. qu. 5. c. 102. Caus. 11. qu. 3 c. 6. Caus. 15. qu. 1.

6) l. 50 l. 109. d. R. I. 50, 17.

7) l. 6 §. 7 q. in fraud. cred. 42, 8. l. 8 l. 9 §. 1. l. 18 §. 3, 4. l. 31 h. t. 4, 3. l. 9. 12 §. 1. d. incend. 47, 9 l. 5 §. 2 d. poen. 48, 19. l. 36 in f. d. V. O. 45, 1. l. 7 §. 11 d. P. 2, 14. l. 1 in f. l. 13 depos. 16, 3. l. 1. §. 3 ad l. Corn. d. sicar. 48, 8. l. 2 §. 5. l. 177 §. 1. d. dol. mal. exc. 44, 4. l. 13. §. 14 d. A. E. V. 19, 1. l. 7 §. 2 d. trib. act. 14, 4. l 12 § 2 liber. caus. 40, 12.

8) Mühlenbruch, l. l. l. §. 94 not. 1, 2, 3, 4, 5. p. 183 sq. Schweppe, l. l. §. 98. not. 2. p. 218 et §. 135. not. 1. p. 284. §. 998. a, b, c, d. p. 539. Schilling, l. l. II. §. 78 not. a, b, c, d. p. 263. sq. Hasse, l. l. III. §. 17. p. 97. sq. §. 20. not. b. p. 109. v. Löhr, Beitr. z. Th. d. C. II. p. 18.

§. 2.

B, *extensivae (ambitus)* i. *e. divisio in bonum et malum.*

Dolus est ex morali, ad quam refertur, (§. 1. not. 3. §. 3. 5.) activitate aut *bonus* aut *malus.*[1]) *Bonus* est, qui iure [civili sive[2]) positivo] probatus disciplina morali (s. str.) reprobatus est, e. g. 1., quo licet in pretio emt. vend. et mercede loc. cond. contrahentibus se circumvenire et ita invicem se circumscribere[3]) vel 2., deservire et tueri vel sua vel aliena vel adversus hostem latronemve machinari;[4]) vel [at ex solo iure civili, non criminali] 3., quem quisque non potest non nisi summa et crassa negligentia, nimia securitate ac supina (dissoluta) ignorantia perspicere[5]) 4., quo nemini damnum aliquod est illatum;[6]) 5., si quis sciens prudensque, solvendo non esse debitorem, debitam pecuniam recipiat, antequam illius bona possideantur;[7]) 7., quo mandatarii venditoris per dissimulationem licitantur ad pretium rei augendum.[8]) Ex quibus simul in Iustinianeo quoque iure, id quod de Buchholtz[9]) negavit, d. bonum statuendum esse apparet.[10]) De d. malo vide §. 22. Doli in *clandestinum* et *manifestum* (qualis est e. g. criminalis et d. ex re, subsequens vid. §. 27. et 28.) divisio nullius est momenti.

§. 3.

BB, qualitatis. — d. est aut clarus aut obscurus.

Dolus ex qualitate i. e. ex gradu conscientiae, quo quis peccati conscius est, aut perfectae aut imperfectae est aut *clarus* aut *obscurus.* D. *clarus* est, qui singulam quandam certam (d. specialis, determinatus) aut incertam aliquam (d. generalis, indeterm.) legem moralem (s. lat.) in agendo intellectu et ratione theoretica iam cognitam violandam sciens violaturus est vel violat; d. *obscurus* est vitium quum intellectus et voluntatis tum rationis et theoreticae et practicae, quo quis legis violandae non perfecte et clare, attamen conscius vel de ea et actionis perpetrandae bonitate (s. lat.) dubius et ambiguus tamen hanc suscepturus est vel suscipit.[1e]) Quo penitius et fusius in conscientia explicitum est peccatum, eo maior est dolus; quo obscurius istud, eo minor hic ut innumeri fere clari pariter atque obscuri doli gradus, maxime moralis (s. str.) possint distingui et dolus proximus culpae esse. Hinc factum est, ut multi ICti[1]) d. interdum

1) l. 1 §. 3 h. t. 4, 3. Fest. s. v. *doli.* Gellius XII, 9.

2) Gai. I §. 1. — §. 1. d. iure nat. 1, 2. l. 9 d. iust. et iur. 1, 1.

3) l. 37 h. t. 4, 3. l. 16 §. 4 d. min. 4, 4. l. 22. §. 3. l. 23 locat. 19, 2. l. 43. pr. d. contr. emt. 18, 1. l. 19 pr. d. aedil. ed. 21, 1. c. 10 d. resc. vend. 4, 54.

4) l. 1 §. 2. 3. h. t. 4, 3.

5) l. 43 §. 1. d. contr. emt. 18, 1. l. 14 §. 10. l. 55 d. aedil. ed. 22, 1.

6) l. 36. h. t. 4, 3. Cic. d. off. 3, 16. in f.

7) l. 6 §. 7 quae in fraud. cred. 42, 8. l. 129 d. R. I. 50, 17.

8) Gesterding, Alte u. neue Irrth. d. Rechtsgel. Greifsw. 1826—1834. Abh. III. p. 78. Aliter res se habet, si *emtor* licitatorem, qui contra se licitetur, apponat. Cic. d. off. 3, 15. Hanel im Arch. f. civil. Praxis 12. B. 3 f. nr. 20. A, 2, p. 414.

9) Jurist. Abhdlgg. aus d. Geb. d. h. R. R. Königsberg, 1833. nr. 21. p. 269. sqq.

10) Vid. Otto, d. dolo bono, in Dissertt. iur. publ. et priv. nr. 10.

1e) l. 21 pr. d. pecul. 15, 1. „Sed et si quis, quum *suspicaretur,* ... avertat, *dolo* non caret."

1) v. Löhr, Th. d. C. I. §. 6. p. 30. not. 1. Ders., Beitr. z. Th. d. C. II. p. 27. sq. — Hasse, l. l. III. §. 22. p. 114. Kritz, üb. d. culpa nach R. R. Leipzig 1823. §. 5. — Mühlenbruch l. l. II. §. 352. not. 9. p. 281. Schweppe, l. l. I. §. 136. not. 3. p. 285. Welcker, l. l. IV. p. 124.

culpam certe latam complecti arbitrarentur provocantes ad nonnullos C. I. I. locos.[2]) At tantum abest, ut doli *notio* culpae latae *notionem* qua talem totam et universam ab illa maxime diversam (§. 12. sqq.) etsi interdum convenientem contineat, ut soli illius *effectus* simul *huius* et *iidem* sint et catenus tantum, id quod ex omnibus singulis l. l. locis[3]) elucet, d. comprehendat latam culpam. Quid? quod hoc etiam in solo civili[4]) neutiquam in criminali[5]) iure valet et adeo saepe culpa dolo opponitur.[6]) Hinc Romani etiam distinxerunt, quatenus aut *proposito* aut *impetu* tantum aut casu delinqueretur,[7]) et hodie distinguitur inter d. *purum* et *eventualem* (indirectum) quo quis pravum actionis eventum saltem ut possibilem praevidet, neque utique spectat, attamen, si accidat, antea iam probat.[8])

B, heterologica relationis

AA, ex quantit. intensivae

I, essentia.

𝔄, notarum essentialium

𝔄𝔄, originariar., radical., constitutivar.

§. 4.

1, conscientiae.

Quae doli notionem constituunt notae essentiales, (originariae s. radicales,) sunt *conscientia* et *morale peccatum*. 1. Ac primum quidem quod ad „conscientiam“ attinet, eam essentialem d. notam esse, reprobari videtur dictione „*generalis*“ doli.[1]) At videtur tantum. Etenim in l. 36 not. 1. cit. de diversis plane actionibus doli vocem esse usurpatam, vel ex eo apparet, quod illa alioquin contineret oppositionem per simplicem negationem („etsi *nullus* d. intercessit stipulantis — hoc *ipso dolo* facit“) contradictoriam,[2]) quare optime ita explicari potest, *stipulans* quidem i. e.

---

2) l. 2. §. 1. l. 4. §. 4 l. 5 §. 3 d. iureiur. 12, 2. c. 3 d. in lit. iur. 5, 52. l. 5. §. 2. l. 10 §. 1. commod. 13. 6. l. 1. §. 6. l. 47. l. 70. depos. 16. 3. l. 23. d. R. I. 50, 17. l. 14. §. 3. d. furt. 47. 2. l. 1. §. 5. d. O. et A. 44. 7. l. 3. §. 1. naut. caup. 4, 9. c. 4 depos. 4, 34. §. 3. quib. mod. re contr. obl. 3, 15. §. 17. d. O. q. ex del. 4, 1. l. 29. pr. mand. 17, 1. l. 1. §. 2. si is, qui test. lib. 47. 4. (vid. d. his §. 17.)

3) et ex l. 226 d. V. S. 50, 16 l. 8 d. precar. 43, 26 „dolo *proxima* culpa“ l. 11. §. 4. d. his, qui not. infam. 3, 2. l. 9 §. 2. d. iur. et f. ign. 22, 6 vid. Thibaut, l. l. l. §. 165. „von den Folgen der Culpa“ VII, not. b. p. 131.

4) vid. Mühlenbruch, l. l. II. §. 352. not. 4. p. 282. sq. im Arch. f. civil. Pr. II. 35. §. 6. p. 399. Glück, l. l IV. §. 323. p. 339. sqq. et not. 1.

5) l. 7. ad l. Corn. d. Sicar. 48, 8. l. 7. §. 7. h. t. 4, 3. §. 6. d. susp. tut. 1, 26. l. 3. §. 18 eod. 26, 10. l. 9 d. incend. 47, 9. l. 5. §. 2. d. poen. 48, 19. Hasse, l. l. XII. §. VII. p. 551—553. Kleinschrod, Syst. Entw. d. Grundbegr. u. Grundwahrh. d. peinl. R. I. §. 30. 31.

6) l. 29. pr. l. 8. §. 7. 8. 10. mand. 17, 1. l. 6. d. precar. 43, 26. l. 52. §. 2. pro soc. 17, 2. l. 5 §. 2 commod. 13, 6. l. 17. §. 2 d. iur. dot. 23, 3. l. 1. pr. d. tut. et rat. distr. 27, 3. l. 22 §. 3 ad SC. Treb. 36, 1. l. 23 d. R. I. 50, 17. l. 8 §. 3. l. 9 §. 5. d. reb. auct. iud. poss. 42, 5. l. 7 §. 1. d. susp. tut. 26, 10. l. 30 §. 3 ad l. Aquill. 9, 2. (vid. §. 15. 17 sqq.)

7) l. 11 §. 2. d. poen. 48, 19 Martin §. 7 not. 19. cit. §. 34 in f. Feuerbach Lb. d. gem. peinl. R. Giessen 1823. §. 216. 217. p. 192.

8) vid. Gross, Lb. d. Natur R. Stuttgart 1822. §. 354. not. 1. 2. p. 253. Henke, §. 8 not. 7. cit. §. 56. Schröter, Hdb. d. peinl. R. Leipzig 1818. I. §. 67.

---

1) l. 36 in f. d. V. O. 45, 1. „Idem est, et si *nullus dolus* intercessit stipulantis, sed ipsa res in se dolum habet: cum enim quis petat ex ea stipulatione, hoc ipso dolo facit, quod petit.“ l. 1. in f. depos. 16, 3.

2) c. „haec, quae necessario §. 2. c. „summa reipubl. §. 1. c. „deo auctore § 4. c. „tanta“ pr §. 15. c. „cordi“ §. 3. nov. 158. c. 1.

eo tempore, *quo* vel *dum* stipulatio initur, non erat in dolo, *nunc* vero *petens* i. e. postea in petitione est in dolo, s. petitio est dolosa, quoniam petens *scit*, id quod petat, se iuste non petere, atque in hac pariter atque aliis eiusdem argumenti legibus [3]) nihil aliud exprimitur atque „dolum adesse posse *post* pactum et vero etiam re vera adesse (qui vocatur subsequens, ex re, generalis) etsi *ab initio* i. e. in pacto ineundo nullus adfuerit[4])" (qui dicitur antecedens, ex proposito, specialis vid. §. 27.) Etenim expressis et claris adeo verbis *ignorantiam* dolo contradictorie s. per simplicem negationem oppositam esse, praecipit Paulus[5]) et Ulpianus.[6])[7]) Neque huic meae sententiae obstat „*talis*" adiectivum in l. 2 not. 5. cit. ut quod non *gradum* vel qualitatem ignorantiae significat (so grosse Unwissenheit) quo sensu non hoc, sed potius „*tanta*" adiectiv. adhibendum fuisset, et quo utique cum dolo convenire posse praeceptum esset ignorantiam, etsi tantummodo inferiorem; sed potius ad *extensivam* quantitatem ignorantiae referendum sive ad *obiectum* denotat idem quod „*eius* (huius) *generis*" (eine solche) i. e. ignorantiam in *ea* re, ut dolus excludatur, i. e. in iniuria et iniquitate positam, quoniam aliquis „*sciens quaedam*" omittere potest, et tamen caret fraude,[8]) et quoniam, ut quis dolo versetur, opus est sciat *causam, cur non debeat petere.*[9]) Denique ad hanc rem etiam aliquid facit, quod dolus saepe vocatur „animus," „affectus," „propositum[10])" mala conscientia.[11])

§. 5.

2, *morale peccatum.*

Dolus, quippe qui ad universam humanam practicam (externam, transeuntem, realem) et sensus et voluntatis et rationis activitatem pertinet, non solum ex iure et iustitia, sed etiam ex morali s. ethica (s. str.) disciplina iudicatur et ipsius consideratio huius (s. lat.) est nec solius iurisprudentiae propria. Unde factum est, ut quae ex ethices praeceptis reprobanda videantur, tamen rom. iure liceant (§. 2, 1. 3. 4. 5. 6. 7.) alia, alia sint reprobata.[1]) Neque hoc profecto mirum est, quum constet, neque

3) l. 2 §. 3, 4, 5, 6. l. 4 §. 41. 5. l. 8. 12 d. dol. mal. exc. 44, 4. l. 173 §. 3 d. R. l. 50, 17. l. 2. 10. §. 2. l. 21. §. 2. in f. l. 25 §. 2 d. P. 2, 14. §. 30. 32—34 d. R. D. 2, 1. §. 30 d. A. 4, 6. vid. Hänel §. 2. not. 8 cit. p. 413 sqq.

4) l. 7 §. 11 d. P. 2, 14 l. 7. §. 2 d. trib. act. 14, 4.

5) l. 2. §. 5. d. dol. mal. exc. 44, 4. „Et generaliter sciendum est, ex omnibus in factum exceptionibus *doli* oriri exc., quia *dolo facit*, quicunque id quod quaqua exc. elidi potest, petit, nam etsi *inter initia nihil dolo* malo facit, attamen *nunc petendo* facit *dolose; nisi si talis ignorantia* in eo sit, *ut dolo careat.*

6) l. 77. §. 1. eod. 44, 4. *Nemo* videtur *dolo exsequi*, qui *ignorat causam, cur non debeat petere*, l. 29 pr. mandati 17, 1 „Si fideiussor conventus, cum *ignoraret*, non fuisse debitori numeratam pecuniam, solverit ex causa fideiussionis, an mandati iudicio persequi possit id, quod solverit, quaeritur. Et 1, *siquidem sciens* praetermiserit exc. vel doli vel non numer. pec., videtur *do o* versari; [dissoluta enim negligentia prope *dolum* est.] 2, *Ubi* vero *ignoravit*, nihil, quod ei imputetur. l. 47 d. cond. indeb. 12, 6.

7) l. 3 §. 60. d. lib. hom. ex h. 43, 29. „Is, qui *nescit*, ... *dolo caret*; sed *ubi certioratus, dolo malo non caret.*" l. 13, §. 14 d. act. emt. vend. 19, 1. „*dolo* fecit, qui *sciens* vendidit. l. 7 §. 2 d. trib. act. 14, 4. „Si *ignorans* in merce servum habere, minus tribuit, *non* videtur *dolo* minus tribuisse. Sed *re comperta* ... *dolo nunc* non caret. l. 13 depos. 16, 3. „*Postea autem si cognovit, nunc incipit, dolo malo* facere. l. 1. §. 47. eod. 16, 3. l. 12 §. 2 liber. c. 40, 12. l. 7. §. 4. d. iuris d. 2, 1.

8) l. 29 §. 4 mand. 17, 1. l. 9 §. 2. 3, 4. d. iur. et f. ign. 22, 6. l. 25 §. 6 d. H. P. 5, 3. l. 4 §. 1. d. manum. vind. 40, 2. l. 25. d. A. v. O. H. 29, 2.

9) l. 177 §. 1 d. dol. mal. exc. 44, 7. l. 3. pr. §. 1. d. serv. corr. 11, 3.

10) l. 41 §. 1 ad l. Aquill. 9, 2. l. 1 §. 3 ad l. Corn. d. sic. 48, 8. l. 34 pr. arbor. furt. caes. 46, 7. l. 1. §. 6. ne vis fiat. 43, 4. l. 43, d. furt. 47, 2. l. 11 §. 2. d. poen. 48, 19.

11) l. 11 §. 1. d. his, qui not. inf. 3, 2.

1) l. 2 §. 3. 4. l. 4 §. 15. 16. 26. l. 5 §. 1. l. 7 pr. l. 3 §. 7. l. 17 §. 1. 3. d. dol. mal. exc. 44, 7. Hänel, l. §. 2 not. 8 l. p. 422 sqq. —

quam a recentioribus et aequalibus tam a rom. Ictis subtile discrimen inter ius („id quod licet") et „honestum"[2]) neque inter ea, quae „debentur" („necesse sunt," „necessitates" „officia" *κατ' ἐξοχήν*, hodie perfecta, externa) et „officia" moralia [imperfecta, interna [3])] interpositum neque ullius iuris fundamentum vel obiectum positum id, quod „inhonestum" vel „contra bonos mores" fuerit [4]) ideoque aequitatem [5]) [naturalem] [6]) admodum, maxime etiam in doli exc. [7]) spectatam fuisse. [8]) Sine peccato vero (iniuria, iniquitate) *dolum* non esse, per se certum est. [9])

§. 6.

AA, *derivativarum (consecutivarum)*.

Ex notione conscientiae (§. 4.) et (moralis s. lat.) peccati et ex legibus §. 1, not. 4, 5, 6 cit. consequitur, essentiales etiam doli notas esse 1) liberae voluntatis facultatem, 2) liberam voluntatem in agendo, 3) ipsius peccantis, quoniam alioquin factum,[1]) res facti quidem [s. lat.] (Thatsache) at neutiquam factum [s. str.] s. factum personae [2]) s. actio [3]) adesse possit. Denique 4) committendi vel perpetrandi peccati nota vel conscientiam *antequam* vel dum hoc suscipitur, neque vero *postea* adesse debere, consequitur ex conscientiae substantia atque natura, atque ex dictionibus „*sciens-sciens prudensque*" [ipso dolo] [4]) aliquid facere, „*re comperta — re cognita*" *nunc incipere* in dolo esse, quae passim leguntur in legibus §. 1. not. 7. citatis. Neque

2) §. 1. 3. d. iust. et iur. 1, 1. l. 1 pr. §1 l. 2 l. 10 pr. §. 2 eod. 1, 1. l. 21 §. 7 d. recept. 4, 8. l. 7 d. usu et habit. 7, 8. l. 16 26. pr. l. 38 d. oper. libert. 38, 1.

3) l. 25 §. 11. d. H. P. 5, 3. l. 32. §. 2 d. cond. indeb. 12, 6. l. 8 d. prob. 22, 3. l. 19 d. rit. nupt. 23, 2. l. 5 §. 2. l. 15. 17. d. agn. et al. lib. 25, 3. l. 4 d. curat. fur. 27, 10 l. 1 pr. d. obseq. par. 37, 15. c. ult. d. dot. prom. 5, 11. c. 10 d. revac. don. 8, 6. l. 17 §. 3 commod. 13, 6. l. 1 §. 4. l. 6 §. 3. mand. 17, 1. l. 2 d. inoff. test. 5, 2.

4) §. 7 d. mand. 3, 26. l. 1 §. 2. l. 2 pr. l. 28 d. cond. ob. c. 12, 5. l. 57 pro soc. 17, 2. l. 8 pr. l. 9. l. 14. 15. d. cond. inst. 28, 7. l. 20. 22 d. cond. et dem. 35, 1. l. 61. d. V. O. 4. 5, 1. c. 5 d. cond. ob t. c. 4, 7. c. 5 d. inst. et subst. 6, 25. c. 4 d. inut. stip. 8, 39.

5) vid. Schilling l. l. II §. 10. *Zus.* p. 37 sqq. *Id.* in Progr. d. aequit. not. ex sent. iur. rom. recte def. Lips. 1835. Jordan, Ueb. d. Billigkeit b. Entsch. d. Rechtsfälle. Gött. 1804. II. T. — Hugo Grotius, d aequit. I. §. 3. 13. 5, Albrecht, üb. d. Stellung d. Aequitas im R. R, Dresden, 1834.

6) Schilling, l. l. II §. 10. Zus. nr. 3 p. 38. l. 1 §. 1. d. dol. exc. 44, 7. ubi dolus contra „naturalem" aequitatem esse dicitur, quare in l. 37 h. t. 4, 3, ex qua „naturaliter" licet, contrahentibus se circumvenire, et in l. 22 §. ult. loc. cond. 19, 2. significat haec vox idem quod „naturali ratione, exigente commercii et vitae quotidianae necessitate." vid. Brisson. d. V. S. s. v. „naturaliter" nr. 2. Weber. Syst. Entw. d. L. von der naturl. Verbindl. Schwer. 5. Aufl. 1811 §. 55 Anm. 7. —

7) l. 1 §. 1, l. 2 §. 4. 5. 6. l. 4 §. 4. l. 8 l. 12 d. dol. mal. exc. 44, 7. Hänel, l. l. p. 419. Burchhardi, d. Lehre v. d. Wiedereins. in d. vor. Stand. Gött. 1831 §. 18 p. 297 sqq.

8) l. 4 §. 1. d. eo, q. certo loc. 13, 4. l. 31 pr. depos. 16, 3. l. 2 §. 5 d. aq. et aq. pl. arc. 39, 3. l. 90, 183 d. R. I. 50, 17. c. 8 d. iud. 3, 1. c. 1. d. legg. 1, 14. vid. Welcker, d. letzt. Gründe von Recht, Staat und Strafe. Giessen 1813 p. 450—534. — Ders., Syst. d. Rechts-, Staats- u. Gesgeb.-Lehre, l. p. 121, b, c, d, e, p. 609. 630. Ders., Staatslexikon s. v. „Billigkeit" II. p. 587—596. et ibi citati.

9) l. 55 d. R. l. 50, 17 „*Nullus* videtur *dolo* facere, qui *iure suo utitur.*" l. 42 d. A. E. V. 19, 1. l. 3 §. 2 d. lib. hom. exh. 43, 29.

1) l. 16 d. statu hom. 1, 5. l. 60 pr. d. cond. et. dem. 35, 1. l. 1 §. 3. 4. d. A. P. 41, 2. Brisson s. h. v.

2) l. 61 pr. d. A. R. D, 41, 1. l. 155 pr. d. R. I. 50, 17. Brisson. l. l. nr. 9. 10.

3) l. 7 d. publ. ind. 48, 1. l. 65 pr. soc. 17, 1.

4) l. 63 in f. d. V. O. 45, 1. l. 7 §. 2 d. trib. act. 14, 4. vel *dolo facere.* l. 63 §. 7 pro soc. 17, 1. l. 150. 157 §. 1. d. R. I. 50, 17. l. 25. 68 d. R. V. 6, 1. l. 1 §. 22 et §. ult. l. 13 depos. 16, 3 vid. Brissonius d. V. S. s. v. doli nr. 16.

huic meae sententiae obstat dolus qui vocatur, *consequens ex re, subsequens* (vid. §. 27) [5]) quum hic etiam, *antequam* vel *dum* aliquid, de quo ipso quaeritur i. e. ex regula petitio obligationis fiat, quamvis non ab initio (inter initia) eiusdem obligationis adsit.

B) *notarum accidentalium.*

§. 7.

1) Animus lucri faciendi.
2) Positiva actio.
3) conscientia damni exoriundi.

Innumerae, quas enumerare et longum et plane inutile est, doli notae possent afferri accidentales; at ad confutandas aliorum, qui accidentales inferciunt et obtrudunt doli notioni ut essentiales, ICtorum fere omnium sententias, de his saltem est agendum. Ac 1) quidem essentialis dicitur [1]) at accidentalis est „animus lucri faciendi.“ Etenim quamvis discesseris a dolo bono (§. 2.) a, dolus criminalis, excepto eo, qui ad subiectivum essentiale corpus criminum adversus bona (patrimonium, familiam, facultates, mea et tua etc.) [2]) requiritur; e. g. in crimine vis [3]) iniuriarum [4]) etc. [5]) plane abest ab animo lucri faciendi. b, quid? quod in ipso furto dolus [6]) separatur ab animo lucri faciendi [7]) c, etiamsi expressis verbis hunc abesse praecipiatur, tamen ille [dolus] ponitur et affirmatur [8]) et d, dolus cum animo lucri faciendi potius „*animus furandi*“ [9]) dicitur. — 2) Positiva actio ad dolum non requiritur, sed sufficit etiam negativa, vel omissiva, v. e. in iniuriis [10]) et delictis omissionis [11]) et in privato [12]) etiam iure, quamvis alii aliter. [13]) — 3) Scientia (conscientia) damni exoriundi non est essentialis [14]), nam a, si quis *scit*, damnum ex ipsius actione exortum iri, at nescit, hanc esse iniustam, quamvis iniusta esset, non est in dolo, sed in bona fide, contraria dolo (§. 10, 4.) quamvis in culpa [15]) b, et quoniam

---

5) l. 2 §. 3. 5. d. dol. mal. exc. 44, 4. l. 36 d. V. O. 44, 1. l. 7 §. 11 d. P. II, 14. l. 1 in f. depos. 16, 3. l, 7 §. 2 d. trib. act. 14, 4. Schweppe, l. l. V. §. 1000., c. not. 5. Mühlenbruch, l. l. l. §. 94 not. 7 p. 185. Glück, l. l. IV. §. 293—295 p. 112 not. 2.

---

1) v. Löhr, Beitr. z. Th. d. C. II p. 18. Th. d. C. §. 6. p. 14 sq. p. 22.

2) Schilling, l. l. II. §. 50 not. m. p. 210.

3) l. 5 pr. l. 10 pr. d. vi. publ. 48, 6. l. 3 d. l. Fab. 48, 15.

4) l. 3 §. 2—4 l. 4 l. 11 pr. l. 44 l. 15 §. 32—33 d. iniur. 47, 10.

5) vid. Elvers, Themis, Gött, II. B. 1830, 2. f. p. 263.

6) l. 46 §. 7. l. 1 §. 3. l. 43 §. 6. 10. l. 21 §. 3. d. furt. 47, 2. l. 35 §. 1. l. 36 pr. d. usurpp. 41, 3. l. 57. mand. 17, 1. §. 4 d. usucapp. 2, 6.

7) l. 1 §. 3 d. furt. 47, 2. §. 3 d. O., quae ex del. 4, 1.

8) l. 22 pr. l. 53 pr. d. furt. 47, 2 l. 41 §. 1. ad l. Aquill. 9, 2, l. 14 §. 2 praescr. verb. 19, 5. — Klien, Revis. d. Grunds. üb. d. Verbr. d. Diebst. u. s. f. I. Nordhausen 1806. S. 305.

9) l. 22 pr. l. 25 §. 2 l. 43. §. 5, 11. l. 52 §. 20—27. d. furt. 47, 2. l. 2 §. 1. d. tut. et ratt. distr. 27, 3. — Negativis argumentis Loehrii sententiam explosit Hasse, l. l. III. §. 18. p. 99. sqq.

10) Weber über Injur. u. Schmähschr. Schwerin und Wism. 4. Aufl. 1820. I. S. 133, 138. III. S. 206. Not. et alii a Wächter Lb. d. R. T. Straf-R. Stuttgart 1826 II. §. 152 not. 80 p. 83. citati.

11) Spangenberg, im neuen Arch. d. C. R. B. IV. S. 527—555. e. g. l. 1 §. 31. l. 2 ad SC. Silan. 29, 5.

12) l. 2. 3. 4. pr. l. 5 pr. l. 17 pr. d. noxall. actt. 9, 4. l. 8. d. edendo 2, 13. l. 44 mand. 17, 1. l. 1 §. 22. ult. l. 13 depos. 16, 3. l. 5 §. 2 d. dol. et met. exc. 44, 4. l. 44 §. 1. l. 45 pr. ad l. Aquill. 9, 2.

13) v. Löhr, l. l. II. p. 34. negativis argumentis refutatus ab Hasse, l. l. III. §. 19. p. 103 sqq.

14) Löhr, l. l. II. p. 34. Hasse. l. l. III §. 20 p. 110, 111.

15) Vid. §. 4 not. 8 et 9. et §. 7 d. O, quae ex del. 4, 1. l. 76 pr. d. furt. 47, 2. Wächter, l. not. 10 laud. II. §. 188. not. 50 p. 277.

nullus videtur dolo facere, qui iure suo utitur, [16]) si illius intersit neque solo animo nocendi faciat, [17]) etiamsi hoc alteri noceat, et adeo alterius iura violet, [18]) quatenus ad defendendam suam ipsius personam vel proprias res opus sit. [19])

§. 8.

4) error alteri obiiciendus s. circumfraudatio, 5) erroris in rem dolosi versio, 6) machina (ars) List, 7) insidiae (Hinterlist,) 8) iniuria iam illata, 9) interversio, 10) fractio fidei alteri perniciosa, 11) quaevis clandestina damni illatio. 12) actio iam perpetrata. 13) consilium pravum.

4) Plurimi ICti [1]) etiam ad doli notionem desiderant, ut eo error aliqui alteri sit offusus. At haec est tantum species doli et quidem mali civilis qui vocatur efficax. Etenim in dolo criminali alicuius error neque spectatur nec alicui affertur, utique vero saepe in civili. [2]) 5) neque in rem fraudulenti dolus vertatur necesse est, neque 6) machina [3]) (List) neque 7) invidiae (Hinterlist) 8) ex iisdem plane argumentis doli sunt essentiales notae. Quae sequuntur doli notiones, tres sub 9) 10) 11) (post octavam Mühlenbruchio (not. 3) debitam) profectae a Schweppio [4]) haud scio an dignae sint, quarum quaeque species singula admodum accidentalis significetur. 12) Paenultimam [5]) respuit tum dolus criminalis [6]) tum quivis alius, civilis [7]) quoque, 13) neque minus ultimam, [8]) quum criminalis alienus sit ab omni *consilio*, malus vero ab omni consilii motu (Motiv, Gesinnung) uterque potius in sola *conscientica* positus.

16) l. 55. 151. 155. §. 1 d. R. I. 50, 17. l. 42 d. A. E. V. 19, 1. l. 3 §. 2 d. lib. hom. exh. 43, 29. l. 9 d. S. P. U. 8, 2. l. 24 §. 12. l. 26 d. damn. inf. 39, 2.

17) l. 1 §. 11, 12. d. aq. et aq. pl. arc. 39, 3. l. 2 §. 5 l. 38 in f. d. R. V. 6, 1. l. 13 §. 7 d. iniur. 47, 10.

18) l. 4. 29 §. 3. 4 l. 45 §. 4 l. 49 §. 1 ad l. Aquill. 9, 2. l. 14 d. praescr. verb. 19. 5. l. 1 §. 27, 28 d. vi 43, 16. l. 3 §. 7 d. incend. 47, 9.

19) c) 1 unde vi 8, 4. Martin, Lb. d. T. g. C. R. Heidelberg 1820 §. 45. Wächter, l. l. I §. 52 not. 8, c, α p. 88. Weber, §. 5 not. 6 cit. §. 101.

1) Hesse, l. l. III §. 17 p. 97. sq. Schweppe, l. l. V §. 998, a, p. 538. I. §. 98 p. 218. Mühlenbruch, l. l. 1 §. 94 not. 9. p. 184. Schilling, l. l. II. §. 78. p. 263. not. 6. v. Wening-Ingenheim, I, §. 127 p. 139 not. n. Hellfeld, iuris prud. for. sec. Pand. ord. Jenae 1766 §. 293. Glück, l. l. IV. B. §. 293—295 p. 109.

2) l. 2 §. 3 l. 4 §. 1 l. 7 pr. l. 4 §. 16. 26 l. 2 §. 4 l. 5 §. 1 l. 4 §. 10 l. 17 §. 1. 3. l. 8 §. 1 l. 4 §. 5 l. 16 d. dol. mal. exc. 44, 4 et omnes fere legg. citatae ab Hänel, im Arch. f. civil. Pr. 12 B. 3 H. pr. 20 p. 422 — 429. et supra §. 5 not. 7 §. 7 not. 12.

3) Mühlenbruch, l. l. I §. 9, 4 not. 12 p. 183, quamvis d. dicatur „machinatio" l. 36 d. V. O. 45, 1. l. 15 h. 1, 4, 3. l. ult. si ventr. nom. 25, 9.

4) l. l. V. §. 998, b, c, d. p. 539.

5) Welcker, Staatslexik. s. v. „culpa" IV. B. p. 123 (quamvis de dolo solo civili hoc praedicet). Schilling l. l.

6) l. 18 d. poen. 48, 19. l. 53 § 12 l. 225 d. V. S. 50, 17. l. 1 §. 1. 2 quod quisque iur. 2, 2. l. 5 §. 2 ne quis eum. 2, 7. l. 15 §. 10. 17. d. iniur. 47, 10. §. 8 d. O., quae ex del. 4, 1. l. 21 §. 7 d. furt. 47, 2. l. 3 stell. 47, 20.

7) l. 13 § 3 l. 1 §. 47 depos. 16, 3. l. 36 h. t. 16, 3. l. 27 §. 17 ad l. Aquill. 9, 2. Welcker, d. letzt. Gründe v. R. St. u Str. p. 556 sqq. Rosshirt, Lb. d. C. R. Heidelb. 1821 §. 47. Martin, l. l. §. 43. Grolmann, Grunds. d. C. R. R. Giessen 1818 §. 19. 136. Henke, Handb. d. C. R. u. d. C. R. Polit. Berlin 1823 I. S. 198.

8) Hasse, l. l. III §. 17 p. 97. Welcker, Staatslexikon, IV. B. p. 123 s. v. „Culpa," quamvis „dolus" semel vel interdum (at non *semper*) vocetur „callidum *consilium*" l. 7 §. 11. d. Publ. in r. A. 6, 2.

9) l. l. II. §. 94 not. c.

§. 9.

c) *Omnes omnium ICtor. definitiones doli falsae.*

His praemissis non opus est, singulas omnes omnium ICtorum definitiones de dolo propositas sub examen vocare; nam primo statim adspectu apparet, eas etsi largiar, plerasque de solo civili dolo (§. 26. sqq.) esse conceptas, tamen vel tum neque adaequatas neque praecisas esse, et secundum eas doli notionem pravam s. vitiosam et quidem modo insufficientem modo superfluentem s. abundantem modo mancam, mox indefinitam vel fluctuantem vel obliquam s. ambiguam esse, ut 1) Thibautii insufficientem: „Alles, was nicht auf dem geraden Wege geschieht," quippe in qua duae radicales doli notae, conscientia et morale peccatum (§. 4, 5.) desiderantur, solius *obiectivae* rationis mentione facta et ex qua e. g. si quis sciens negligat artis *musicae* regulas, semper esset in dolo. 2) Hassii „irgend eine an sich verwerfliche (§. 2, 5.) Gesinnung (Motive §. 8, 13.) und Absicht." (§. 8, 12.) 3) Loehrii a, „die Absicht zu hintergehen (§. 8. nr. 4.) oder (?) aus einer widerrechtlichen (§. 2, 5.) Verletzung von Vermögensrechten (§. 7. nr. 1.) Vortheil (§. 7. nr. 6.) zu ziehen." b) „Wissentlich schaden" (uti etiam Hasse definit.) vid. §. 4. not. 7—9. §. 7. nr. 3. not. 14—19. §. 8. nr. 8 et 11. §. 5, 6. nr. 1, 2, 3, 4. c) In tertia eiusdem definitione („jede illegale positive Handlung, bei deren Vornahme der Handelnde wusste, dass durch dieselbe Schaden entstehen werde," reprehendendum est α) quod non dolus est ipsa *actio*, sed tantum conscientia eius, β) et praeterea quae vis fere vocula. (§. 2, 5; §. 7, 2. §. 8, 12. §. 7. nr. 3. §. 8. nr. 8.) 4) „Quae a Mühlenbruchio vocatur propria naturalis ac principalis d. definitio („Täuschung, List, Hinterlist") haud scio an sit a) iusto angustior et superfluens vel abundans (§. 8. nr. 4, 6, 7.) b) insufficiens (§. 4, 5, 6.) c) fluctuans, quum illa vocabula sint vaga ac suspensa, et d) sibi ipsi contraria, quum neque „Täuschung" utique „List," vel „Hinterlist," neque „List et Hinterlist" contineant „Täuschung." Altera eiusdem „jede absichtliche und von verwerflicher Gesinnung zeugende Rechtswidrigkeit," iisdem fere quibus Hassiana (nr. 2.) maculata est vitiis et Thibautii (nr. 1.) et Loehrii tertia (3, c, α.). Tertia („Alles, was dem guten Glauben zuwiderläuft") et simul d. bonum amplectitur, quum tamen ab auctore solum malum continere, not. 7—8. dicatur et vero solo *obiectivo* sensu d. explicat (§. 4. §. 9, 1, 3, c, α.) uti quarta „was mit den Gesetzen der Billigkeit nicht übereinstimmt." 5) De prima S. V. Schillingii („jedes wissentlich begangene Unrecht oder das Bewusstsein, dass die Handlung, welche man vornimmt, oder der Zustand, in welchem man sich befindet, widerrechtlich sei." vid. §. 8. nr. 8, 12. §. 2, 5. §. 8. nr. 12. de altera cum Schweppii et Wening-Ingenheimii consentanea §. 8. nr. 4, 5. („die absichtliche Erweckung eines Irrthums in einem Andern oder doch die Benutzung des vorhandenen Irrthums zu einem bestimmten Zweck,") ut taceam, hanc, quae ab auctore propria ac *strictior* dicitur, videri latiorem prima, ut quae non simul, uti secunda, d. bonum complectitur. Rectiorem aliam Wening-Ingenheim proposuit, „der mit dem Bewusstsein der Unerlaubtheit der Handlung in faktischer und legaler Beziehung gefasste Entschluss zu deren Begehung."

§. 10.

II, identitate (differentia logica) et diversitate.

1. *Absolute* identicae (pares, reciprocae) nullae fere sunt cum dolo notiones, utique vero 2. *relative* (similes) a, affines innumerae, b, cognatae hae: α, Fraudem paritas quidem omnium essentialium notarum et dolum intercedit; [1]) at istius intensiva quantitas maior est, quoniam αα, hic sola subiectiva, illa obiectiva s. materiali una et subiectiva ratione, simul eventum externum signifi-

1) l. 3 §. 3 pro soc. 17, 2. l. 79 d. R. I. 50, 17 l. 86 d. liber. leg. 34, 3.

cat et propterea ab isto distinguitur.[2]) $\beta\beta$, simul vero id denotat, quod *occulte* fit, neque violenter et *sub*trahitur vel *sub*ducitur[3]) β, *fallacia* non solam (immoralitatis vel iniuriae) conscientiam, sed simul veritatis immutationem, occultationem vel dissimulationem[4]) continet. γ, Calliditas[5]) *facultatem* potius fallendi et qualitatem hanc alicuius denotat, uti δ, *astutia* versutiam et dexteritatem[6]) ε, „*Machinatio*" actum, *machina* medium (instrumentum) solo *obiectivo* sensu[7]) ϑ, *ars* et *artes* artificiose et ingeniose excogitata remedia, quibus quis decipiatur, demonstrant.[8]) Omnes hae voces igitur parem habent doli notam radicalem (§. 4.) conscientiae, neque vero peccati maxime nec utique necessarii, neque solam conscientiam ponunt, ita ut, si discesseris a *morali* activitate (§. 2. 5.), ipsarum quantitas intensiva maior, extensiva minor sit doli. — 4) *Mala fides* denique non nisi extensiva quantitate differt a dolo $\alpha\alpha$, quod in solo iure civili, neque vero in criminali dicitur, in illo vero plane idem significat; quod dolus, nisi quod $\beta\beta$, mala fides nunquampositiva et activa, sed modo passiva, et propterea $\gamma\gamma$, solius *eius*, qui in ea est, ratione habita in iure suscipitur $\delta\delta$, et semper non de iuris ratione constituenda, sed iam constituta et statu vel conditione, in qua quis iam versatur, usurpatur.[9])

III, consensu et repugnantia.

§. 11.

𝔄, cum casu.

Consentiunt sive conveniunt cum dolo omnes fere a me §. 10. enumeratae notiones, etsi, interdum ac singulis in obiectis ipsi repugnare possint, at vel tum solummodo per positionem alterius vel contrarie. (§. 10. not. 2.) Diametraliter vero (s. directe, negative, per simplicem negationem) contradicit (s. str.) dolo 𝔄, casus 𝔅, culpa s. strictiore vel technico. 𝔄, Casus enim (vis maior, vis divina, fatum, damnum, detrimentum fatale, fatalitas dolo oppositus)[1]), ut cui resisti non potest[2]), tollit s. negat, hic vero (dolus) ponit s. affirmat, a, conscientiam b, morale peccatum, c, liberae voluntatis facultatem, d, liberam voluntatem, e, aliquem peccantem, f, et factum committendum esse, nondum commissum.[3])

---

2) l. 7 §. 10 d. P. 214, et in dictt. „in fraudem" vid. Brissonius d. V. S. s. v. „fraudis" nr. 4, 5, 6, 7. Forcellini, Lexicon lat. Latinit. s. h. v. Mühlenbruch, Erl. d. Pand. 36 B. §. 14, 21 not. 72 p. 80 sq. Lb. d. Pand. I. §. 94. not. 9. p. 185 ibique cit.

3) l. 1 §. 3 d. furt. 47, 2. „Furtum est contrectatio rei *fraudulosa*," uti nunquam dicitur rapina, etsi furtum vocetur. l. 2 §. 10 vi bon. rapt. 47, 8. l. 14 §. 12 quod met. c. 4, 2. l. 48 §. 7 l. 80 §. 3 d. furt. 47, 2, sed *dolosa* pr. d. vi bon. rapt. 4, 2. — cf. c. g. d. furt. 6, 1. §. 2 d. vi bon. rapt. 4, 2. l. 2 §. 23 eod. 47, 8 vid. Rosshirt, über die Begriff. der röm. furt. u. d. i. Diebst. im neuen Arch. d. C. R. B. III, S. 78—80. Erhard, de furti not. per leges constit. accurat. definiende Lips. 1806 p. 12—16.

4) l. 1 §. 1 h. t. 4, 3. l. 7 §. 9 d. P. 2, 14. l. 1 §. 1 l. 37 d. aedil. ed. 21, 1.

5) l. 2 d. proxen. 50, 14. l. 1 §. 5 d. separ. 42, 6. c. 5 ad SC. Vellei. 4, 29.

6) c. 3 d. temp. et repar. 7, 63.

7) l. 1 §. 2 h. t. 4, 3. c. ult. fin. reg. 3, 39. c. 7 d. natur. lib. 5, 27.

8) c. un. d. his, qui ad stat. 1, 25. c. un. pr. d. suffrag. 4, 3. c. 6 sol. matrim. 5, 18.

9) c. 5 d. resc. vend. 4, 44. l. 3 pro soc. 17, 2. l. 23 d. R. l. 50, 17. l. 3 §. 22 d. A. v. A. P. 41, 2. l. 32 §. 1 l. 38 d. usucap. 41, 3. §. 35 d. R. D. 2, 1 pr. d. usucap. 2, 6 l. 7 d. P. iur. act. 6, 2. l. 27 d. contr. emt. 18, 1 l. 109 d. V. S. 50. 16.

---

1) l. 7 §. 4 d. iurisd. 2, 1 cf. Brisson. l. l. s. omnib. his vocab.

2) l. 13 §. 1 d. pign. act. 13, 7 l. 1 §. 7 l. 24 §. 6 locat. 19, 2 l. 5 §. 4 comm. 13. 6 l. 3 §. 1 naut. caup. 4, 9. l. 52 §. 3 pro socio 17, 2. l. 3 d. instrum. leg. 33, 7. c. 6 d. pign. act. 4, 24. c. 1 d. iur. emphyt. 4, 66.

3) l. 30 §. 3 l. 31, 52 §. 4 ad l. Aquill. 9, 2 vid. § 6 not. 1, 2, 3. Martin, §. 7 not. 19 cit. §. 28. Rosshirt, §. 8 not. 7 cit. §. 20 not. 6 Grolmann, ibid. cit. §. 51.

B, *cum culpa.*

§. 12.

1, Culpae intensiva quantitas.

Culpa [1]) est conditio hominis alicuius, in qua versatur et consideratur propter et post aliquam actionem [liberae voluntatis facultate et libera voluntate] ab ipso contra rationis principia perpetratam. [2])

2, *culpae extensiva quantitas.*

§. 13.

a, culpa theoretica et practica.
α, iuridica et moralis.

Culpa est a) aut *theoretica* aut b) *practica.* a) *Theoretica* est ea, quae obtinet propter et post actionem adversus *theoreticae* rationis principia susceptam, v. c. contra artis musicae, grammaticae, saltandi, equitandi etc. regulas.[1]) b, *Practica est,* quae sequitur actionem contra *practicae* rationis principia moralia (s. lat.) admissam [2]) et quidem aut α) culpa *iuridica,*[3]) quae prodit propter et post actionem iniustam consummatam [4]) β, *moralis* (s. str.) quae evadit *propter* et *post* actionem immoralem (s. str.) etsi non consummatam. [5])

§. 14.

b) culpa actionis dolosae — non dolosae.

Culpa practica sequitur actionem aut *dolosam* aut *non dolosam.* α, Culpa actionis dolosae est quae locum habet propter et post actionem cum conscientia moralis peccati s. immoralitatis (s. lat.) i. e. dolo perpetratam,[1]) β, *culpa non dolosae actionis s. culpa* κατ' ἐξοχὴν sequitur actionem *sine* conscientia (§. 17.) immoralitatis (s. lat.) [at liberae voluntatis facultate et libera voluntate [2]) peccantis] commissam. [3])

§. 15.

3) culpae quantit. intens. essentia.

Culpa igitur primum est α) *conditio* aliqua hominis β) in qua, id quod omnes ad unum ICti nondum attenderunt et in quo cardo culpae vertitur, versatur et consideratur id quod et ipsum sal-

1) Extremis tantum, ut aiunt, digitis haec, ab huius instituti et scriptionis ratione plane aliena, et non nisi ut, quae sequuntur de discrimine inter culpam et dolum intercedente, facilius intelligi possint, adumbrata est, alio tempore nova plane theoria explananda.

2) l. 9 §. 3 d. minor. 4, 4. l. 15 d. vi et vi. arm. 43, 16. c. 11 §. 1. d. repud. 5, 17. l. 5 §. 1. 2. l. 29 §. 4. l. 52. §. 1. ad l. Aquill 9, 2.

1) l. 9 §. 5 loc. cond. 19, 2. l. 132 d. R. I. 50, 17. §. 8 d. leg. Aquill. 4, 3. l. 8 ad l. Aquill. 9, 2. — Ovid Heroid. epist. IV. v. 138. Horat. Satyr. II, 2 v. 123.

2) vid. §. 12 not. 2.

3) vid §. 16. 17. l. 24 §. 12 d. damn. inf. 39, 2. l. 46 §. 8. l. 48 §. 2 d. furt. 47, 2. l. 1 §. 5. d. iniur. 47, 10. l. 45 §. 4 l. 52 §. 1 ad l. Aquill. 9, 2. §. 2 d. l. Aquill. 4, 3.

4) l. 36 §. 1 d. R. V. 6, 1. l. 1 §. 3 l. 3 §. 2. l. 7 d. sicar. 48, 8. cap. 12 X d. homicid. 5, 12. vid. §. 8 not. 6. 7. l. 5 §. 1 ad l. Aquill 9, 2. §. 2 d. l. Aq. 4, 2.

5) l. 2 §. 1 in f. d. l. Rhod. d. iactu 14, 2. l. 45 §. 4 ad l. Aquil. 9, 2.

1) vid. §. 12 not. 2. l. 5 §. 2. l. 52 §. 1. l. 29 §. 4 ad l. Aquill. 9, 2. l. ult. de SC. Silan. 59, 5. l. 91 §. 3 d. V. O. 45, 1.

2) l. 7 §. 3 ad l. Aquill. 9, 2. vid. §. 1 not. 4, 5, 6, §. 6 not. 1, 2, 3.

3) vid. §. 3 not. 6. l. 7 §. 7. h. t. 4, 3. l. 7 pr. depos. 16, 3. l. 8 §. 10 mand. 17, 1.

tem quoad culpam κατ᾽ἐξοχήν (§. 1. α. β.) vel ex eo apparet, quod conscientia ab ea abesse debet, quoad reliquam vero culpam accidentalis est (§. 17.), *propter* et *post* aliquam actionem immoralem (s. lat.), quare in omnibus fere legibus de culpa tempore *perfecto* vel *imperfecto* [1]) sermo fit, et ubi, id quod tamen raro accidere memini, culpae mentio fit tempore *praesente* vel *futuro*, ibi quoque de ipsius vel actionis potius *effectibus*, qui *post hanc* susceptam sint exstituri et de ea, quae *post* eam sit evasura, conditione vel dogmatice et theoretice agitur. [2])

§. 16.

4) *Culpae et doli identitas relat. (differ. log.) et diversitas.*

1) Et culpa et dolus essentiales ponunt notas a) actionis (i. e.) b) liberae voluntatis facultatis, c) liberae voluntatis d) peccantis (§. 12. not. 2. §. 1. not. 4, 5, 6.) 2) diversae vero ambae notiones sunt, quippe quod a culpa non nisi actione iam perpetrata adesse, indicari et considerari potest, dolus vero semper antequam vel dum ea committitur, adesse debet (§. 15. not. 1, 2. §. 2, nr. 4. §. 1. nr. 7.) b) doli nota essentialis est morale peccatum; culpae accidentale. (§. 2, 5. §. 13. not. 1.)

§. 17.

5) *Culpae κατ᾽ ἐξοχήν (practicae actionis non dolosae) et doli diversitas s. differentia logica.*

Culpa s. technico s. κατ᾽ ἐξοχήν negat vel tollit conscientiam immoralitatis, dolus vero ponit s. affirmat. (vid. §. 1. not. 2. §. 4.) Ad culpam levem quod attinet, omnes quidem mecum consentiunt ICti; neutiquam vero, si ad latam quoque culpam sententiam meam ut firmam et in rom. iure fundatam extenderim. Loehrius, Thibaut et Wening-Ingenheim [1]) culpam latam etiam in conscientia damni ex facto oriundi consistere et dolo contineri aiunt, ita ut, si quis sciens noceat, et dolo et culpa lata nocuerit. Eandem plane sententiam affirmat Hasse, quamvis expressis verbis vituperat et refutare studet; quid enim discriminis est inter *scientiam* noxii eventus certi eo momento, quo actio perpetratur et eam, quae praecedit actionem damnum illaturam? Illam doli, hanc culpae latae Hassius propriam ait. — Verum tamen plane accidentalis, id quod iam demonstravi (§. 4. not. 7, 8, 9. §. 7. not. 4—9.) est *damni* exoriundi conscientia, qua igitur nihil quidquam discriminis inter d. et culpam latam statui potest. Deinde vero qua lege [2]) triumviri stabilire suam opinionem student, eam plane falso intelligunt. Etenim *a*) in ea „sciens" adiectivum non *necesse* est sed *potest* tantum ad sequentia („praetermiserit" — „dissoluta negligentia") trahi; itaque nihil certi saltem probatur *β*). *Potest* potius illud adiectivum etiam ad praeterita, „non fuisse debitori numeratam pecuniam" referri, ita ut sensus istius legis sit hic: „Siquidem fideiussor in obligatione et fideiussione contrahenda sciret, non fuisse debitori etc., et tamen *nunc*, conventus, praetermiserit etc. „*negligentia*" quippe dissoluta (*summa*, crassa aut

---

1) l. 31 l. 8. 6. 30 §. 3 l. 52 §. 1. ad l. Aquill. 9, 2. l. 11 §. 3 d. instit. act. 14, 3. l. 14 §. 10 d. furt. 47, 2 l. 9 §. 5 l. 25 §. 4 l. 23 §. 7. locat. 19, 2. l. 10 d. off. praes. 1, 18. l. 36 d. R. V. 6, 1. l. 9 §. 2 d. minor. 4, 4. l. 44 §. 1 l. 22 §. 7 l. 38 l. 45 sol. matr. 24. 3. l. 101 §. 3 d. cond. et dem. 35, 1. c. ult. d. repud. 5, 17. §. 5 d. locat. cond. 3, 25. l. 48 pr. commod. 13, 6. l. 36 §. 1 d. R. V. 6, 1 l. 1 §. 3 l. 3 §. 2. d. sicar. 48, 8. cap. 12 X d. homicid. 5, 12.

2) l. 36 d. R. I. 50, 17. l. 6. 10 ad l. Aquill. 6, 2. l. 3 §. 1 d. offic. praef. vigil. 1, 15. l. 9 §. 5 loc. cond. 19, 2. l. 1 §. 35 depos. 16, 3. l. 5 §. 2 l. 18 pr. in f. commod. 13, 6. l. 47 §. 5 d. leg. I. (30)

---

1) Th. d. C. §. 6 p. 15 sqq. p. 27. Beitr. z. Th. d. C. II. p. 659. Thibaut l. l. I. §. 151. p. 126. v. Wening-Ingenheim, l. l. II. §. 94 not. p. 119. Allg. Litt. Zeitung 1818. p. 717.

2) l. l. III. §. 20. p. 109. 110. l. 29 pr. mand. 17, 1. (cit. in §. 4, not. 6.)

nimia securitate, supina *ignorantia*; *ignorantia* deperditi et nimium securi hominis."[3]) γ) Quae interpretatio eo magis est ferenda et probanda, quoniam ex regula his dictionibus (not. 3.) „summa, crassa, dissoluta negligentia" significatur *error, ignorantia* (scientiae contraria) facti, maxime *alieni*, uti in *hoc loco*. δ) quia ipsum vocabulum „negligentiae" plane aliena est ab scientia et huic contraria. Qui enim aliquid *sciens* et *volens non facit* s. omittit, is non *negligit*. ε) Alioquin dictio „dissoluta negligentia," si esset cum *scientia* coniuncta, plane usui loquendi et eidem dictioni in aliis legibus obviae et de *ignorantia*, *errore* dictae esset contraria. ϑ) Denique in aliis legibus expressis verbis dicitur lata culpa et nimia negligentia esse, „*non intelligere*, quod omnes intelligunt" [4]); et „*ignorare* quod omnes in civitate *sciant*." [5]) Iam quoniam 1) contrarium quid in codice hoc (scil. digestorum) nullum sibi locum vindicavit nec invenitur, si quis subtili animo diversitatis rationes excutiet (vid. §. 4. not. 2.), ea potius legis interpretatio praeferenda est, quae cum caeteris legibus 5) consentit et ex qua sensus nostrae legis hic est. „In obligatione (mutui sine dubio) aliqua contrahenda et fideiussione sciverit fideiussor, ex illa obligatione debitori pecuniam numeratam *non fuisse* (§. perf. §§. tunc scil. s. ab initio, in contrahenda obligatione). *Nunc*, *ubi* a reo stipulandi ex fideiussione convenitur, praetermittit exceptionem non numeratae pecuniae, aut oblitus [6]), pecuniam non fuisse numeratam, aut ex ignorantia iuris, [7]) ex quo in hac fideiussione, quum obligatio principalis *re* non erat contracta, non teneretur. Sive hoc sive illud obtinuit; summa erat fideiussoris negligentia et *supina* ignorantia, quum scire deberet, se non teneri et exc. non numeratae pec. repelli posse actorem. Et propter hanc dissolutam negligentiam iudicatur vel aestimatur *dolo* versari i. e. effectus illius et huius hic iidem sunt; „dissoluta enim negligentia prope dolum (fraudem) est," sive huic aequiparatur" „quamvis non sit (§. 3. not. 2 — 4.) admissa". [8]) Huc accedit, quod (lata etiam) culpa, dolo opposita, plerumque „casus" dicitur, ut quippe indicetur, in culpa nullam adesse conscientiam, uti in dolo.[9]) Caeteris, ad quas provocatur,[10]) legibus nihil quidquam evincitur, quum de conscientia in paucissimis, et ubi de ea sermo est, non de conscientia *iniuriae*, *iniquitatis*, sed *aliarum* rerum agitur, et maxime de *misericordia*, quae tollit conscientiam iniuriae. Hasse vero praeterea in l. 29 pr cit. interpretanda duplici modo errat. Primum enim putat, in hac lege verba dissoluta enim negligentia prope dolum est non indicare, „solam dissolutam negligentiam" sed potius „dolum semper hic adesse, aut dolum s. str., aut dissolutam negligentiam" (dol. s. lat.) At enim vero ne vocula quidem de hac distinctione in lege nostra scripta

3) l. 2 l. 3 §. 1 l. 4, 6, 8, 9. pr. §. 2 d. iur. et fact. ignor. 22, 6. l. 42 d. R. I. 50, 17.

4) l. 213. §. 2 l 223 d. V. S. 50, 16.

5) l. 9. §. 2 d. iur. et fact. ignor. 22, 6. l. 9 d. incend. 47, 7.

6) l. 1. d. iur. et f. ign. 22, 6. *Si modo sciens prudensque* (i. e. dolo) id commiserit: *si vero* casu id est *negligentia* (i. e. neque sciens neque prudens.)

7) l. 8. § 8. mand. 17, 1. „Si *sciverunt* (sc. fideiussores, se in maiorem quantitatem esse damnatos quam debiti ratio exigebat) incumbebat eis necessitas provocandi. Caeterum *dolo* versati sunt, si non provocaverunt" Mühlenbruch, Arch. f. civil. Pr. II. nr. 35. §. 5 C. 2 p. 396 sq.

8) l. 7. d. susp. tut. 26, 10. l. 1 §. 5 d. O et A. 44, 7. „*Magnam negligentiam placuit* in doli crimine cadere." Vid. §. 3. not. 3. 2. 4. l. 1. §. 1. si mensor fals. mod. dixerit 11, 6. l. 5. §. 5. 15. ut in poss. leg. 36. 4. l. 8. §. 3. d. precar. 43, 26. l. 7. in f ad l. Corn. d. sicar. 48, 8. Ex his etiam locis apparet, et in nostra lege uno eodemque facto non posse dolum *qua talem* et culpam latam, concurrere, sed tantum effectus utriusque eosdem esse, et igitur, quum, si negligentia, non statui possit dolus, *sciens* (quae esset doli essentialis nota) non trahendum esse ad negligentiam, quae tum esset fraus s. dolus.

9) l. 5. §. 2. l. 11. §. 2. l. 16. §. 8. l. 28. §. 12 d. poen. 48, 19. l. 1 §. 3. l. 7. ad l. Cornel d. sic. 48. 8. l. 9 d. incend. 47, 9. „casu id est negligentia. Vid. Mühlenbruch, Arch. f. civil. Prax. II. nr. 35. §. 6.

10) l. 7 §. 7 h. t. 4, 3. l. 15 §. d. ind. 5, 1. l. 7 pr. h. t. 16, 3. l. 8 §. 10 mand. 17, 1. l. 14 §. 2 d. cust. reor. 48, 3.

imo potius contrarium, quum particula „*enim*" semper non novam aliquam sententiam et affirmationem probandam, sed potius ad probandam priorem *rationem* et *causam* s. argumentum addat. Deinde vero Hassius in hac lege de eo casu, ubi *debitor creditori* ex *obligatione reddi*derit et *restituerit* id, quod ab hoc accepisset, sermonem esse putavit, quod ex ipsius interpretatione „hatte der Debitor gezahlt, so musste er seinen Bürgen davon unterrichten" et ex eo apparet, quod ad l. 8 §. 7 cod. (mandati) provocat. — ! mirum sane in modum, quem explicare me taedet.

§. 18.

6, Culpae tum dolosae tum non dolosae actionis s. κατ' ἐξοχὴν et doli consensus et repugnantia.

a) *Culpa* practica dolosae actionis plerumque cum dolo consentit s. convenit, at etiam contraria ipsi et per positionem alterius repugnare potest, ubi spectatur id, quod culpa ponit perpetratam, dolus vero perpetrandam actionem. — b) Culpa κατ' ἐξοχὴν vero contradicit i. e, directe (diametraliter, s. per simplicem negationem opposita est dolo, quoniam illa negat, hic vero ponit conscientiam; illa tollitur committenda futura actio, hoc vero affirmatur, illa denique affirmat perpetratum, hic negat iam admissum peccatum. (vid. §. 16. 17.)

§. 19.

7) Culpae et doli coordinatio, non subordinatio.

Omnes fere ICti[1]) adhuc statuebant, culpae s. lat. (§. 13, β, 14, α.) tanquam notioni latiori superiori et generali dolum ut augustiore et specialem et inferiorem esse subordinatum. At superioris intensiva quantitas semper tota contineatur opus est in inferioris ut nota communis. Culpae vero essentialis nota *iam perpetratae actionis* non solum non continetur in doli notione, sed et negatur et tollitur (§. 16, 18.) Sunt igitur hac notiones potius coordinatae, et quidem intensiva quantitate disparatae, quoniam in una notione pravae *actionis* s. pravae voluntatis coniunctae, tamen hanc solae non efficiunt. *Culpa* vero κατ' ἐξοχὴν (§. 14, β) et dolus etiam coordinatae notiones sunt, sed extensiva quantitate disiunctae, quoniam efficiunt notionem delicti s. pravae actionis; neque tamen *in* hac coniunctae, sed tantum *sub* ea subordinataei illae consentientes, hac repugnantes sunt.

§. 20.

8, Culpae et doli caussalitas et modalitas.

Culpa igitur est defectus conscientiae de immoralitate actionis, antequam et dum haec perpetratur, post et propter perpetratam consideratus. Iam ex caussalitate et modalitate a posteriori s. empirica hic defectus psychologice et moraliter erat aut *possibilis*, qui vocatur culpa levis aut *impossibilis*, qui dicitur culpa lata [1]) et possibilis quidem vel „absolute" (culpa levis, [2]) c. lev. in ab-

---

1) Mühlenbruch, Lb. d. Pand. II. §. 352 not. 1. p. 281. §. 349 II. not. 7 p. 277. Hasse, l. l. I §. 1. p. 10. §. 11 p. 65. Löhr, Th. d. C. §. 1 p. 1. Schweppe, l. l. I §. 133 p. 281 sq. not. 1. Glück, l. l. IV. §. 321 p. 321 not. 4. v. Wening-Ingenheim l. l. II. §. 95 not. l. p. 121.

---

1) l. 65 d. usufr. 7, 1. l. 14 d. pign. act. 13, 7. l. 54 d. A. E. V. 19, 1. l. 18 §. 9 d. damn. inf. 39, 2. l. 35 §. 4 d. contr. emt. 18, 1. l. 1 §. 4. d. O. et. A. 44, 7. l. 16 d. condict. furt. 13, 1. l. 44. l. 31 ad l. Aquill. 9, 2. c. 20 d. neg. g. 2, 19. l. 25 pr. d. probat. 22, 3. (Dicitur etiam, exacta, exactissima, levissima, diligentia boni et diligentia paterfamilias.)

2) §. 1 in f. d. O, quae qu. ex contr. 3, 28. l. 72 pro soc. 17, 2. l. 18 §. 1 sol. matr. 24, 3. l. 3 d. per. et comm. rei vend. 18, 6. („Diligentia quam suis quisque rebus adhibere solet.") vid. etiam l. 25 §. 16 fam. erc. 10, 2. l. 17. pr. d. iur. dot. 23, 3. §. 9 d. societate 3, 26. l. 1 pr. d. tut. et rat. distr. 27, 3.

stracto) vel „relative, hypothetice“ (culpa levis in concreto.[3]) *Impossibilis* defectus conscientiae (lata culpa) tum est, ubi haec, (ex caussalitate et modalitate empirica s. a postoriori) est *necessaria*, et quidem vel absolute (in abstracto) quae sola sub lata culpa intelligitur,[4]) vel relative, (hypothetice) quae est culpa levis in concreto, latae aequiparata.[5]) Denique dolus neque possibilem neque necessariam conscientiam respicit, sed exigit *actualem*.[5])

§. 21.

BB, *ex caussalitatis principio.*

Dolus est denique aut *efficax* aut *inefficax*. *Efficax* est, qui effectum aliquem, maxime externum s. externis sensibus conspicuum producit. *Effectus* est consecutio *realis*, quae ab alia re ut *caussa* dependet; *caussa* vero ratio *realis*, aliud quid reale efficiens. Effectus obiective spectatus *finis*, subiective consideratus *consilium* (§. 8, nr. 13.) dicitur. — Dolus *inefficax* in sola morali (s. str.) disciplina, neutiquam in iure alicuius momenti est, nec in civili neque criminali, ex quo requiritur ad poenam infligendam *externa* actio i. e. externis sensibus conspicua v. probabilis, neque vero sufficit sola nuda voluntas. (§. 8. not. 6 et 7.)

II. Per singulas species doli descriptio concepta.

A) Doli mali.

𝔄) heautologica quantitatis.

§. 22.

𝔄𝔄) *intensivae (complexus) i. e. declaratio.*

Dolus malus (§. 2.) est conscientia iuris civilis i. e. positivi libera actione violandi s. iniuriae.[1]) Quae a Servio Sulpicio et Labeone una cum Ulpiano proposita est d. mali definitio[2]) non hunc, sed potius huius speciem (§. 29.) declarat.[3])

§. 23.

𝔅𝔅) *extensivae (ambitus) i. e. divisio in d. criminal. et civil.*

Dolus malus dividitur in *criminalem* et *civilem*. 1) D. *crimin.* est criminis (s. str.) i. e.[1]) delicti publici committendi s. legis criminalis violandae conscientia et pertinet ad corpus delicti relative essentiale subiectivum.[2]) De dolo civili §. 26.

---

3) l. 213 §. 2. l. 223 d. V. S. 50, 16, l. 11 §. 3. d. inst. act. 14, 3. l. 29 pr. mandati 17, 1. (dicitur etiam „summa, lata, dissoluta, magna, crassa negligentia, nimia securitas, supina ignorantia, ignorantia deperditi at nimium securi hominis“) cf. etiam l. 9 pr. d. iur. at fact. ign. 22, 6. l. 3 §. 9 d. neg. gest. 3, 5.

4) l 32 depos. 16, 3. l. 22 §. 3. ad Sc. Treb. 36, 1. l. 5 §. 3. commod. 13, 6.

5) l. 15 §. 1 d. iud. 5, 1. l. 1 §. 47 l. 13 depos. 16, 3. l. 2 §. 5 d. dol. mal. exc. 44, 4. l. 61 §. 2, d. furt. 47, 2.

---

1) l. 14 §. 13 quod met. c. 4, 2. l. 23 §. 9 ad l. Aquill. 9, 2. l. 2 §. 8 d. vi bon. rapt. 47, 8. l. 7 ad l. Corn. d. sicar. d. 48, 8. l. 173 §. 3 d. R. I. 50, 17. l. 15 §. 1. d. iud. 5, 1. l. 1 §. 47 l. 13 depos. 16, 3. l. 61 §. 2 d. furt. 47, 2. l. 2 §. 5 d. dol. mal. exc. 44, 4.

2) l. 1 §. 2 h. t. 4, 3.

3) Stöckhardt in Themis v. Elvers. Gött. II. B. 1830 H. 2 nr. 9 p. 265.

---

1) cf. Grolmann, §. 8 not. 7 cit. §. 143 not. Martin, §. 7 not. 19 cit. §. 95. Rosshirt, §. 8 not. 7 cit. §. 12—14.

2) Hic maxime d. dicitur etiam „consulto, data opera, sciens prudensque animus violandi, sciens dolo malo“. l. 9. 12 §. 1 d. incend 47, 9. l. 5 §. 2 d. poen. 48, 19. l. 3 §. 1. d. sepulcro viol. 47, 12. — vid. Arch. d. Crim. R. I. 2. 10 p. 56. III. 1. 6. p. 119. II, 4. p. 515. VII. 4 p. 549. VIII. 3. p. 569. —

𝔅) *heterologica relationis ex quantit. intens.*

§. 24.

1) essentia et differentia generica. 2) identitate, (differ. logica.)

Omnes, quas indicavi, doli essentiales et accidentales notae (§. 4 — 8.) etiam communes sunt mali d., excepta (§. 5.) moralitate (s. str.) ut quae ab hoc plane aliena est, quum ipse ad solum ius, iurisprudentiam et iniuriam sit referendus. Et in hac igitur nota posita est differentia generica, quae dolum (s. lat.) intercedit et malum s. dolum s. str. Quae de essentia, eadem de identitate et differentia logica valent, quum omnia §. 10—12. enumerata vocabula s. lat. ad immoralitatem, (s. lat.) s. str. vero ad solam iniuriam pertineant.

§. 25.

3) ex consensu et repugnantia cum culpa.

Ad dolum malum non utique requiritur in criminali iure consummata iuris laesio, sed sufficit etiam conatus, culpa vero utique et necessarium ponit delictum consummatum et damni illationem tum in civili tum criminali iure [1]) (vid. §. 1. not. 7. §. 6. not. 4. §. 15. not. 1. 2.)

B) Doli civilis.

AA) heantologica.

§. 26.

𝔄) *quantitatis intensivae (complexus) i. e. declaratio.*

Dolus *civilis* est conscientia iuris civilis (s. str.) s. privati violandi, *κατ' ἐξοχὴν dolus*, d. *malus* vocata. [1])

§. 27.

𝔅) *qualitatis — (d. ex propos., pers., antecedens, perspicuus et d. ex re, realis, subsequens, perspicuus.)*

Dolus civilis ex qualitate (§. 3.) est aut *perspicuus* aut *non perspicuus*. D. *perspicuus* (ex proposito, personalis, antecedens) est quo perfectissimo gradu conscientiae in iure constituendo et negotio contrahendo cogitatur iniuria; et quidem semper clam, (§. 28.) d. *imperspicuus* (ex re, realis, subsequens, generalis) quo neque perfecto gradu conscientiae neque in iure constituendo neque in negotio contrahendo, sive clam, sive manifeste (§. 27.) iniuria menti obversatur. [1]) Alii [2]) aliter, sed falso [3]) (§. 4.) definiunt (§. 4. not. 1 — 10. §. 6. not. 5.) Caeterum d. *praeteritus* dicitur is, quo quis *desiit possidere.* [4])

---

1) l. 36 §. 1. d. R. V. 6, 1. l. 1 §. 3. l. 3 §. 2. l. 7 d. sicar. 48, 8. cap. 12 X. d. homicid. 5, 12. Martin, §. 7 not. 19 cit. §. 35. 49 not. 4. Grolmann §. 8. not. 7 cit. §. 31. Henke, §. 8 not. 7 cit. I. p. 254. 355. — Mittermaier, im neuen Arch. d. C. R. I. p. 82.

---

1) l. 1. pr. §. 2 h. t. 4, 3. l. 7 §. 9. 10 d. P. 2, 14. l. 43 §. 2 d. contr. emt. 18, 1. etc.

---

1) l. 36 in f. d. V. O. 45, 1. l. 7 §. 11 d. P. 2, 14. l. 1 §. 47 depos. 16, 3. l. 7 §. 2 d. trib. act. 14, 4. vid. §. 6 not. 5. §. 4 not. 1—10.

2) Glück, l. l. IV. §. 293 not. 1 p. 112. ibiq. citati.

3) v. Wening-Ingenheim, im N. Arch. d. C. R. II. nr. IX §. 11. p. 217 not. 3, 9.

4) l. 20 §. 6 l. 25 §. 2. 7. in f. d. H. P. 5, 3.

§. 28.

BB, heterologica relationis ex essentia et differentia speciali.

A d. malo differt species ipsius, d. civilis eo, quod ad hunc requiritur civilis iuris violandi conscientia. Neque vero d. civilis essentialis nota est clandestinitas, ut plurimi ICti [1]) arbitrantur. Etenim d. ex re [subsequens, generalis] non est ad alterum clam fallendum comparatus, sed manifestus[2]) etiam et est et esse potest (vid. loc. §. 27. not. 1. §. 4. not. 1—10. §. 6. not. 5 cit.) Utique vero d. ex proposito [antecedens, personalis] semper est clandestinus[3]) et simulatione coniunctus, uti plerumque d. criminalis.

C. Doli civilis ex proposito, personalis, antecedentis.

𝔄𝔄, heautologica. 𝔄, quantitatis.

§. 29.

𝔄𝔄, intensivae i. e. definitio maxime legalis.

Quae in legibus (vid. §. 22. not. 2.) proponitur definitio doli mali, ad solum dolum civilem ex proposito s. antecedentem, neque ad d. ex re s. subsequentem (§. 27.) id quod adhuc nemo animadvertit, [1]) pertinet, quum hoc neque alterius deceptio et fraudatio spectetur, neque simulatio nec fallacia, neque calliditas adhibeatur necesse sit. (§. 28.)

§. 30.

𝔅𝔅, extensivae (ambitus) s. divisio in causam dantem et incidentem.

Non d. civilis universe ac generatim, sed solus d. ex proposito, neque d. ex re in d. causam dantem et incidentem, id quod etiam omnes ICti [1]) adhuc non distinxerunt, dividi potest. (§. 32.)

§. 31.

BB, heterologica relationis ex essentia et differentia speciali.

Ad dolum ex proposito igitur requiritur praeter essentiales d. civilis generalis notas 1) perfectior et magis perspicua conscientia; 2) ius constituendum et negotium contrahendum, non iam constitutum vel iam contractum 3) clandestinitas. Unde apparet, quaenam inter d. civilem et d. civilem ex proposito et hunc inter et d. ex re intercedat differentia generica et specialis.

D, D. civilis ex proposito causam dantis et incidentis.

§. 32.

AA, intensiva quantitas (complexus) i. e. definitio.

Ab omnibus fere ICtis (§. 30, not. 1.) dolus *causam* dans talis describitur, „durch welchen der Contract hauptsächlich bewirkt wird,“ (Mühlenbruch) „in welchem die Veranlassung zur Eingehung eines Geschäfts liegt, so dass der Betrogene, wenn er um den Betrug gewusst hätte, das Geschäft gar nicht eingegangen sein würde“ (Schilling); d. *incidens* is, „durch welche

1) Glück, l. l. IV. §. 293—295 not. 3, 4, 5.

2) l. 14 §. 13 quod met. c. 4, 2. l. 2 §. 8 d. vi bon. rapt. 47, 8.

3) l. 7 §. 3 h. t. 4, 3.

1) Schilling, l. l. II §. 78 not. f. p. 263.

1) Schilling, l. l. II §. 78 not. h—i p. 263. Glück, l. l. IV. §. 293—295 p. 114. Mühlenbruch, l. l. II. §. 337 p. 248. v. Wening-Ingenheim, l. l. II §. 76 p. 99. Thibaut, l. l. II §. 451 p. 11. Schweppe, l. l. V. § 1000 p. 540 not. 1.

andere, besondere Bestimmungen desselben bewirkt werden, als sonst der Fall gewesen sein würde.“ (M. et Sch.) Cum quibus ambabus definitionibus omnes fere caeterorum ICtorum consentiunt.

§. 33.

BB, essentia, caussalitas et modalitas.

Quod si nullae aliae doli causam dantis et incidentis notae afferuntur, haud scio, an hae notiones pravae sint et vitiosae, et quidem quum insufficientes, inadaequatae et maneae tum indefinitae et fluctuantes et obliquae s. ambiguae, ita ut in singulo concreto casu difficillima sit ipsarum distinctio. Nam

𝔄) dolus *intermedia* tantum causa (§. 21.) negotii esse potest, neque vero *immediata*, quae est potius *error*, alteri contrahenti dolo alterius offusus. Dolus igitur et error sunt negotii causae *coefficientes* et quidem et *coordinatae* et *subordinatae*, quia uterque uno simul eodemque tempore exsistere et vero hic illum tempore excipere potest.

𝔅) Deinde accuratius ita potius distinguendum et fusius subtiliusque ita statuendum videtur. Ad dolum, quem vocant,[1]) causam dantem essentiales notae hae requiruntur; necesse est dolus sit erroris [nisi hic iam antea adfuerit], hic vero negotii, de quo quaeritur, causa 1) *primaria*[2]) 2) *movens* s. *motiva*,[3]) 3) *sufficiens* i. e. solus dolus errorem [nisi hic iam antea adfuerit], et solus error negotium effecerit, et quidem

a) *subiective*,[4]) (sufficiens) i. e. ratione alterius decepti contrahentis habita, sive hic facile sive difficile, pro ipsius peculiari animo et ingenio, ad negotium aliquod ineundum moveri potest, neque igitur utique *obiective* etiam sufficiens causa esse debet. Quam distinctionem maximi esse momenti, vel ex eo apparet, quod in rom. iure eadem fere et *subiectiva* et *obiectiva* ratione habita inter metum *iustum* („non vani hominis, sed qui merito et in homine constantissimo cadat“) et *vanum* s. *supervacuum* discrimen statuitur.[5])

b) *relative*[6]) non absolute sufficiens i. e. ex re et pro iis, quae in negotio ineundo ac singulo casu concreto existebant, rerum et temporum conditionibus, sed tamen 4) denique negotium erroris et hic [nisi hic iam antea adfuerit], doli effectus *necessarius*,[7]) non solum possibilis et accidentalis et quidem *a*) subiective et *b*) relative, neque vero obiective et absolute necessarius, denique 5) *actualis* esse debet.

---

1) Si quidem, id quod decidere ab huius scriptionis ratione alienum et longum est, haec doli divisio legibus fundata est.

2) l. 7 pr. h. t. 4, 3 verb: „si in *hoc ipso*, ut venderet, circumscriptus est.“ l. 3 §. 3 pr. socio 17, 2 „Societas, *si dolo malo coita sit*. l. 12 §. 1 d. iur. dot. 23, 3 „*si quidem* circum in *hoc* vente est, *quod* servum dedit.“ c. 5 d. resc. vend. 4, 44: *Si dolo* adversarii *deceptum venditionem* praedii *te* fecisse — animadvertit.

3) l. 7, 4, 3. cit. „*ut* venderet. l. 12 §. 1. 23, 3 cit.“ in hoc, *quod* servum dedit.

4) l. 3 §. 3. 17, 2. „*Si dolo malo* coita sit l. 7 pr. 4, 3 „si circumscriptus est. (igitur modo *is*, de quo quaeritur) l. 12 §. 1. 23, 3 „si quidem.. circumventa est (igitur *haec* modo,) et caeteri not. 2 cit. loci, maxime c. 5, 4. 44.

5) l. 5. 6. 7. 9. pr. q. met. c. 4, 2. l. 2 §. 1 l. 2 §. 1. l. 3 exquib. c. mei. 4, 6. l. 184 d. R. I. 50, 17. c. 9 d. his, qui vi. met. c. g. s. 2, 20.

6) l. 11 §. 5 d. A. E. E. V. 19, 1.

7) „*coita sit* — circum*venta est* — dolo *deceptum* — venditionem *te fecisse*. vid. not. 2. vid. in universum l. 38 h. t. 4, 3. „Quidam debitor epistolem quesi a Titio mitti credi*tori suo* (not. 5, 6) *effecit* (not. 2, 7) *ut* (not. 3) ipse liberetur. *hac epistola* (not. 6.) *deceptus* (not. 7, 4. 23) — liberavit debitorem. l. 20 §. 1 h. t. 4, 3 verb. „*ob id*“ absolvi *te* passu*s sim*. l. 25. h. t. 4, 3 verb. „*eoque modo consecutus* es, *ut* consentiente *me* absolvereris.

Sin vero dolus erroris, et hic negotii est causa *a*) secundaria (auxiliaris, subsidiaria) vel *b*) occasionalis vel *c*) insufficiens, vel *d*) negotium erroris et hic doli effectus est *e*) *accidentalis* vel *f*) possibilis, tum statuendus est d. *incidens*.

At ne vagetur mea nunc oratio longius, sed iis conclusa finibus, quibus totum huius prolusionis consilium continetur, in eo desinat, ut, quod mihi huius quidquid est libelli intra brevissimum temporis spatium et inter immensam laborum molem repentina opera conscribendi necessitatem imposuit, quas *illustr. ICtorum ordinis auctoritate* in *ipsius* auditorio d. VI. m. Novembr. h. 2 pro adipiscenda in univers. litt. Lips. venia legendi scholas publicas δοκιμαστικὰς de summis oneris probandi principiis habebo, eas solenni ritu indicam, easque ut Vos, ***Rector Academiae Magnifice***, ***Celsissimi Principes***, ***Comites Illustrissimi***, ***Proceres utriusque Reipublicae Gravissimi***, ***Commilitones Generosissimi atque Praenobilissimi*** praesentia **Vestra** condecorare meaque studia audientia adiuvare ne dedignemini, humanissimis atque enixissimis precibus eaque, qua par est, rogo observantia. Scribeb. Lips. d. 26 m. Octobr. 1837.
